

**5. Bulla papieża Benedykta XVI z okazji ofiarowania złotej Róży
dla Sanktuarium Matki Bożej – Róży Duchownej,
na Świętej Górze w Gostyniu (archidiecezja poznańska)**

BENEDICTUS PP. XVI

ad futuram rei memoriam

In Monte Sancto Gostyni Sanctuarium Dei Matri, Rosae Mysticae, dicatum universos Poloniae apud fideles conspicuum nomen locumque obtinet. Etenim frequentes ad id omne genus peregrinatores caelestem Matrem veneraturi ac petitori beneficia, tum corporis tum spiritus, confluere solent. Inibi Confoederationis Oratorii S. Philippi Nerei sodales congruam operam dant ut per ecclesiae sacramenta, Dei verba, fidelis populus convenienter colatur. Sanctuarii ipsius antiquitas, claritas et origo incitamento sunt, ut vira accommodatior teneatur ad Evangelii praescripta. Cum vero iam appetat quingentesima anniversaria memoria ex quo tempore Venerabilis Frater Joannes Lubrański, Episcopus Posnaniensis, Decretum evulgavit, quo miracula, eaque in isto Sancto Monte effecta, confirmata sunt. Saeculorum decursu locus iste veluti propugnaculum exstitit, catholicae fidei, quam Deiparae cultus confirmatus tuitus est. Superioribus temporibus idem Sanctuarium B.M.V. – Rosae Mysticae –, Venerabili Servo Dei Paulo VI., Decessore Nostro, annuente, ad altiorum gradum est euectum, scilicet ad Basilicae Minoris dignitatem, ut, amplificato honore, pietas pariter augetur. Ut autem haec Sedes congruentius extollatur atque nihil in eo loco ornando, collendo, praetermittere cupientes ac postulationibus subvenientes Venerabilis Fratris Stanisłai Gądecki, Archiepiscopi Metropolitae Posnaniensis, Nos Rosam ex auro conflatam magna animi affectione harum Litterarum vi tribuimus et donamus, quae inibi exinde servabitur peculiaris Nostrae benevolentiae veluti signum ac spectabile documentum, quo Sanctuarii huius praestantiam augere cupimus. Quae vero in sollemni benedictionis rosae caerimonia a Deo, Patre misericordiarum, efflagitavimus, rursus ab Eo postulamus ut omnibus hominibus bonae voluntatis affatim impertiat et eosque supernis cumulet donis.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIV mensis Februarii, in SS. Cyrili et Methodii die festo, anno MMXII, Pontificatus Nostri septimo.

Benedictus PP. XVI

L.S.

BENEDYKT XVI, PAPIEŻ,**na wieczną rzecz pamiątkę**

Wszystkim wiernym w Polsce znane jest z nazwy i miejsca Sanktuarium Matki Bożej – Róży Duchownej, na Świętej Górze w Gostyniu, mają bowiem zwyczaj napływać tam tłumnie rozmaici pielgrzymi, by uczcić Matkę Bożą i prosić o niebiańskie łaski, tak dla ciała, jak i dla ducha. Tam też członkowie Kongregacji Oratorium św. Filipa Neri poświęcają się gorliwie pracy, żeby odpowiednio zadbać o wierny lud udzielając sakramentów Kościoła i Słowo Boże. Starodawność Sanktuarium, jego sława i powstanie, zachęcają w szczególny sposób do życia zgodnego z nakazami Ewangelii.

Zbliża się rocznica 500-lecia, kiedy to Czcigodny Brat Jan Lubrański, Biskup Poznański, ogłosił dekret, na mocy którego zatwierdził cuda, które dokonały się na Świętej Górze. Z upływem wieków wspomniane miejsce stało się jakby bastionem wiary katolickiej, której bronił wielki kult Bożej Rodzicielki. W minionych czasach Sanktuarium NMP Róży Duchownej, za zgodą naszego poprzednika, Czcigodnego Sługi Bożego Pawła VI, zostało wyniesione do wyższej godności, mianowicie Bazyliki Mniejszej, aby zwiększenie przywileju umocniło pobożność.

Pragniemy więc nie zaniedbać niczego, co służy ozdobie oraz czci Sanktuarium, i jeszcze godniej wyróżnić tamtejszą świątynię. Dlatego wychodzimy naprzeciw prośbom Czcigodnego Brata Stanisława Gądeckiego, Arcybiskupa Metropolity Poznańskiego, i na mocy niniejszego dokumentu z wielką miłością w sercu przyznajemy oraz darujemy dla tego kościoła złotą Różę. Będzie ona odtąd tam przechowywana jako znak naszej szczególnej życzliwości i widoczne świadectwo, przez które chcemy pomnożyć świetność Sanktuarium. O co zaś w uroczystej ceremonii błogosławienia Róży błagaliśmy Boga Ojca miłosierdzia, o to ponownie Go prosimy, aby wszystkim ludziom dobrej woli obficie udzielał łask i napełnił ich niebiańskimi darami.

Dane w Rzymie, u św. Piotra, opieczętowane pieczęcią Rybaka, dnia czternastego miesiąca lutego, w święto Świętych Cyryla i Metodego, w roku 2012, siódmym naszego Pontyfikatu.

Benedykt XVI

/odcisk pieczęci papieskiej/

(Tłumaczenie dostarczone przez Archidiecezję Poznańską)